



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Silvester Papa. 31. Decembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

710 *Vita Sanctorum.* 31. D^o. BC.
PHILETÆRVS cùm Eubiotum virum
sanctitatis famâ celeberrimum adiret,
monitus hic ab Angelo bono obviā
Martyri progressus est. In ejus antro
Divum septimo die, socios verò duode-
cimo, ab exilio mors absolvit. Ex Men.

S. SILVESTER PAPA.

31. Decembris.

Patria SILVESTRO Roma, Roma;
hoc est, patriæ, pater ipse SILVES-
TER fuit. Hoc tamen orbare Roman
urbis probrum Tarquinius voluit. Sed
SILVESTER ad tribunal citatus, novo
more mortera judici reis indixit.
Dicum, factum. Fiscem dum cœnat,
os forte ex hoc gutture receptum Tar-
quinius hamum mortis esse sentit. Post
hac dum Constantinus remissius rem-
Christianam curat, & sopita nuper ite-
rum in pios persecutiones recrude-
cunt, exul SILVESTER montem So-
racten infidet; impietatis fœditatem,
ut videret Imperator, leprā inficitur.
Sacrificuli, lepram ut abluerat, balneas e-
parvolorum sanguine suadent. Inge-
muere ad consilium impium omnes
Romane matres, cùm audirent sanguini,
quo vel manum aspergere scelus
semper non expiadum habitum est,
totum velle Imperatore innatare; certè
innatare rectius tot matrum lacrimis
jam poterat. Et verò ejulatus, & com-
ploratio-

BC.
rum
iret,
riam
ntro
ode-
Men-

ma;
VES-
nam
Sed
novo
dixit.
enat,
Tar-
Post
rem-
rite-
udes-
So-
tem,
citur,
reas e
Inge-
mnes
ngui-
celus
est,
certe
rim s
com-
ratio.

31. DEC. Vitæ Sanctorum. 711
ploratio totâ urbe facta aures Imperatoris exoravit, factique pœnitens, censuit ipse hoc quoq; ingens scelus esse, facere scelus voluisse. Interea principū Apostolorum species dormienti oblata vocare SILVES FRVM jussit, qui sanctiores illi thermas ostenderet. Vocavit, & Christianis iundis Iotus, lepram corporis animique exuit. Triumphum SILVESTR O mortuo an. CCC. XXXV. cœlum decrevit. Ex Baron.

S. BARBATIANVS CONF.
31. Decembris.

BARBATIANVS Sacerdos Antiochiae Romam venit, credo ut virtus viri, & prodigia facilius inde in orbem se diffunderent. Etenim cum sub adventum suum cæcum, alteramq; oculis laborantem puellam curasset, oculos omnium in se vertit; & cum servulum Imp. Valentiniani per scalas præcipitem in pedes erexit, ipsum sibi Imperatore devinxit. Igitur à Placiâ Augustâ Ravennam deductus, auctor huic cœpit esse, ut D. Ioannis, quem Evangelistam dicimus, honori templum augustum moliretur. Persuasit, & ubi ad fastigiam fabrica fuit deducta, ecce ipse Divus Ioannes Pontificali habitu insignis adem sacrare visus est, & miraculi vestigium sandalium dextri pedis Augustæ relinquere. Atq; hoc templū, cum